



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Dominica tertia post epiphaniam ... sermonis xxii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Et dicendū q̄ non fuit evidens illa signa fuisse facta ab eo. licet fuerint facta propter eū. Secundo istud miraculū fuit diuinitatē iudiciū: et manifestauit gloriā suā: q̄ ipse videlicet esset filius dei. qui est splendor glorie. figura substantiē eius. Jo. 1. Vidimus gloriā eius etc. Tercio ipsum miraculū fuit credulitatē vel salutis iudiciū: et crediderunt in eū discipuli eius: prius quidem credebant in eū propter verba iohan. dicentis. Ecce agnus dei et quia vidit spiritū sicut columbā descendente et manente super eum. Nunc vero crediderunt in eum ex euidētia operū eius. Nota quia et a principio mundi primū miraculū factū est in nuptiis. quia costa viri uersa fuit in mulierē. hic autē aqua in uinū q̄ h̄m statu peccati aialis. erat h̄o futurus cuius signū est. qm̄ ablato osse repletus fuit h̄o carne. sed in statu gratie fluxus voluptatis in feruore spiritus uertat. Itē primū signū ihesu id est salutis est si uertat aqua in uinū. id est si lapida uideri incipiunt amara que deus precipit. Itē in uino manifestat christus gloriā suā. quia in gaudio celestis patrie uidebimus eū sicuti est. Itē signū uini puocat ad fidē. quia populi que sunt aque multe uerse in spūm sanctū puocate sunt gentes ad credendū. nā manifestatio spiritus fit ad utilitatē eorū qui sunt credituri. ut dicit aposto. vñ ad. 2. Repleti apostoli spiritu sancto quasi ex aqua in uinum uersi. putabant esse pleni musto. et reuera pleni erant feruore spiritus. quia musto petrus apostolus plenus predicabat. et apposite sunt die illo credentiu aie arāter tria milia. Et hoc recordat et quod in baptismo christi factum ē Nam cū ipse transiit ex aqua missione spiritus sancti facta super eum. Iohānes baptista uidit et credidit. quia hic est filius dei Ecce q̄ aqua baptismi iohan. transiit in spūm id est spiritum alem baptismum.

Dominica tertia post epiphaniā. Prima pars sermonis xxii

Om̄ descendisset ihesus de monte etc. Mat. 8. Cū autē aliis scientiis sacra scriptura super exaltat. q̄ i ea nō uoces sole quēadmodum in humanis scientiis sed et res ipse significat sic dicit hug. 1. li. de sacramentū in plogo. uerbi grā. Quidana scia inquit quod nomine solis significat. q̄ corpus lucidissimū. sed sacra scriptura ulterius dicit. q̄ sol significat hominem sapientem. unde h̄o sapiens in sapientia manet sic sol. Itē alia multa exempla adduci possent. et ideo hodie nū euangeliū exponit dupli

Sermo

atq. scz quantum pertinet ad Iherosolymitanam significationem. et hinc misterium rebus ipsis importatum. Duo itaque miracula narrantur facta a deo scz leprosi mundatio. et paralytici curatio. De leprosi mundatione concordant mar. 8. et mat. 1. et lu. 5. De isto vero paralytico nihil dicit mar. sed mat. 8. et lu. 7. Secunda pars euangelij incipit ibi: cum autem introisset: Circa primum quinq. tangunt. Primum est christi descensus ibi: cum descendisset iesus de monte: Iste mons hinc Iero. fuit mons thabor quem christus ascenderat cum discipulis suis. ut noue legis precepta illis traderet. Data autem lege descendit de monte. ut miraculorum operatio legem datam confirmaret. Deinde ponit turbe sequela: secute sunt eum turbe multe: Venerunt turbe multe ad iesum. et descensum ipsius persequabantur. sed secute sunt eum descendente quidam ut dicit origen. propter caritatem. plerique propter doctrinam. ceteri propter administrationem et curationem. De his qui persequabantur christi descensum erat leprosus ille. et ideo secundo ponit eius accessum: et ecce leprosus veniens: non quocumque erat leprosus. Sed ut dicit lu. erat vir plenus lepra. Nota quod lepra est infirmitas incurabilis hinc natura. et ideo venit iste leprosus ad tale medicum qui medicina supernaturali eum curaret. Sed querit vnum habebat leprosus iste fides quod eum dominus curare posset. Et dicendum quod ut patet per magistrum in historiis. mundatio leprosi est primum miraculum quod dominus operatus est. ex quo aperte predicare incepit. et ideo valde amenda danda est fides istius leprosi. qui nullo adhuc facto miraculo. sed sola fama doctrine eius audita credidit. quod tanta christi sapientia absque omni potentia esse non posset. Tertio ponit leprosi petitionem: adorabat eum dicens: hinc crisostomus non simpliciter petebat curationem sicut ab artificis medicina sed adorabat quasi deum. Nota quod oratio licet sit desiderij vocalis expressio ad deum. tamen desiderium aliquod etiam corporalibus signis demonstrat. sicut genuflexionibus. prostrationibus. et aliis multis modis. Iste autem leprosus expressit deuotam reuerentiam quod adorauit. humilem seruitutem. quod ut dicit magister. adorauit genuflexo. timidam verecundiam quod proccidit in faciem ut dicit lu. Deinde ponit ipsius orationem: Domine: vere dominus qui etiam languoribus et sanitati vite atque morti dominat: si vis: voluntate diuina in cuius ditione cuncta sunt posita. Math. 14. potes mundare: illa potentia cui omnia obtemperant et nihil resistit. Attende quod si ducaliter iste leprosus petierit licet enim non fuerit in morte cum domino. non videtur tamen ignorasse quod ibi dominus admonuerit. petite et accipietis. Omnis enim qui petit accipit. Mattha. 7. Item videtur illam domini sententiam obseruasse. quam in eodem

no lepra natura
licet curari non potest

morte protulit. Dicitur autem nolite in ultimum loqui. quoniam breuiter se ex
 pediuit dicens. Domine si vis potes me mundare. **B** Nota quod licet
 et christus miracula in carne mortali fuerit operatus. et tamen absque
 patre et spiritu sancto operari non potuit. quia quorum una est sub-
 stantia et virtus eorum est una operatio. ut dicit augustinus. quod quidem le-
 prosus iste prudentissime expressit. nam personam verbi tangit cum di-
 citur domine. ipse enim est in cuius femore scriptum est. rex regum et dominus
 dominantium. apo. 19. Ite benignam voluntatem spiritus sancti cum dicit si vis
 Spiritus enim ubi vult spirat. patris autem omnipotentia cum dicit potes.
 Quarto ponit miraculi operatio et extendens manum ihesus manum
 illam quam fabricauit celos extendit misericorditer: et tetigit eum dicens: te-
 tigit enim ut tactu sue carnis mundissime leprose maculam absterge-
 ret. Nam ut dicit theophylactus. ipsius sacra caro est purgatiua. et vita tri-
 buens. sicut exprimitur verbi dei caro. Sed videtur quod dominus contra legem
 fecerit. nam leprosus imundus est ut dicit leuit. 14. quem non erat li-
 citum tangere. Et dicendum quod ideo lex prohibebat tactum leprosi. ne
 tangens contraheret imunditiam vel maculam ex lepra. et quod christus
 nullam imunditiam aut maculam contrahere poterat. ideo non egit contra
 legem. Tetigit autem propter tria. Primo ut ostenderet antiquum testam-
 entum quod nouam legem factam tradiderat. Secundo ut ostenderet se dominum le-
 gis qui ei non erat subiectus. Tercio ut tactu sanaret lepram.
 Deinde verbum domini ponit. leprosus enim aditionaliter dixerat. si
 vis. et dominus indicatiue: respondet volo: Ite leprosus dixerat. potes
 sed christus impat: mundare: ecce effectus potentie. Tactu igitur
 et verbo curatus est. Deinde ponit leprosi mundatio: et cessum
 mundata est lepra eius: quod enim ut dicit origenes. non dubitabat cre-
 dere non tardat sanatio: quod non distulit confessionem non differet mun-
 datio. Et nota secundum crisostomum. quod ista dictio cessum tardius profertur
 quam fuerit velocitas mundationis. cuius enim factum fuit quam dicitur pos-
 sit. **C** Quanto ponit triplex mandatam sanato impositum. non
 mandauit ei christus ut afferret sibi pecuniam vel aliam quelibet do-
 nam pro sua misericordia aut quod ipsum glorificaret coram hominibus. sed pri-
 mum sibi dedit mandatam ut occultaret miraculum. unde sequitur: et ait
 illi ihesus vide nemini dixeris. Nota quod quingens ex causis prohibuit
 christus secundum crisostomum. et ambrosium. Primo ut daret nobis exemplum quod si
 queramus gloriam de nostris operibus. Secundo ut dicit crisostomus. quod
 nondum erat tempus christi opera predicari et predicationis eorum committi
 tenda apostolis. Tercio secundum ambrosium. quod meliores sunt. qui fide
 spontanea credunt quam speratis beneficiis. Quarto secundum illam. ut he-
 salus non quasi verbo oblata querat sed necessitate cogente de-
 uote postulet. Quinto secundum ieronimum. et aril. quod non erat opus verbo

Sermo

predicare. quod in euidentia operis demonstrabat. fortasse autem
Sexta causa est. quia prius expectandum erat iudicium sacerdotum qui in-
dicarent eum esse mundatum. et postea dicendum erat quis illum sana-
uerat. quod si e conuerso factum fuisset potuissent sacerdotes ex inui-
dia calumniari miraculum. **¶** Secundum preceptum est: sed vade
et ostende te sacerdoti: cui commissum erat lepre iudicium. Nota
quod quatuor ex causis eum mittit ad sacerdotes. Prima quoniam licet es-
set mundus. non tamen reputabatur mundus. et cum aliis non poterat
habitare nisi sacerdotum iudicio. Secundo propter humilitatem: ut
sacerdotibus videatur deferre. Tercio homo origo. et ambrosio. ut cog-
noscat quod non legis consuetudine. sed dei gratia sit sanatus. Quar-
to homo crisostomus. ut obturaret maliloquam iudeorum linguam dum legem
venerat. Tercium preceptum est: et offer munus quod precepit
moyses: leuit. 14. Nota quod mundatus a lepra bis offerebat.
Primo antequam castra ingrediatur offerebat duos viuos passeres
cum ligno cedrimo cocco et isopo et immolabat vnus passer. de cuius
languine tingebatur alius passer. et lignum cedrimum coccum atque
isopum et aspergebat illo sanguine mundatus septem vicibus. et po-
stea dimittebat passer viuus ut aduolaret in agrum. Loto autem
corpore atque vestimentis et rasis omnibus pilis corporis intrabat
castra. ita tamen quod propria non ingrediebatur domum usque ad septem dies
die autem septimo iterum omnes pilos corporis radebat. et lauabat cor-
pus eius et vestimenta. et die octavo si erat diues tollebat du-
os agnos immaculatos et ouem vnus anni et tres decimas sile-
oleo asperse et sextarium olei. et statuebat omnia hec ad ostium taber-
naculi. postea per sacerdotem fiebat immolatio. Si vero pauper fuisset
homo ille non offerebat nisi vnum agnum et decimam vnam sile-
oleo asperse. et sextarium olei et duos turtures siue duos pullos colu-
bazarum. Hoc autem munus non iussit dominus offerre huic mundato lepro-
so. sed ut daret laudem deo pro sua mundatione. Sequitur: in testi-
monium illis: id est accusando attestantibus illis scilicet sacerdotibus. quoniam
dicit crisostomus. que a dyabolo fienda erant omnia facta sunt et tamen ipsi
non crediderunt. Illa ergo munera sunt testimonium incredulitatis
eorum. quia dum ea receperunt sanationem leprosi a prophanis. in dyabolo
tamen credere noluerunt.

Secunda pars.

¶

Secundo cum dicit: cum autem introisset: tangit paralyticam
curatio. et quinq[ue] facti. Primo enim ponit centurionis
accessus: et cum introisset ihesus capharnaum: que est no-
bilior ciuitas galilee. Unde etiam interpretatur villa
pinguedinis. vel ager solationis: Accessit ad eum centurio:

Centurio dicit qui centū preest militibꝫ ⁊ erat iste cen. gentilis
 positus a romanis capharnaū ad custodiā provincie Nota qꝫ
 iste centurio psonaliter non accessit ad ihesum. sed vt dicit lu. 8
 Audiens de ihesu tanta mirabilia. cū haberet serū carissimum
 primū mortū misit seniores iudeoz ad chrisū qui rogarent p sa
 lute serui. non em̄ accessit psonaliter qui non putabat se dignū
 pntia chrisi. Cū aut̄ chrisus iret cū senioibꝫ ad domū eius. ille
 hoc audiens misit ad eū vt nō declinaret ad suū hospiciū. quia
 non erat dignus eū recipere. sed tm̄ imparet verbo ⁊ sanaret pu
 er eius. vñd̄ oēt̄ questio qūo mat. dicat qꝫ accessit centurio ad
 chrisū. cum tñ dicit lu. misisse seniores. et ideo dixerūt quidam
 nō eundē esse centurionē de quo loquit̄ ma. et lu. sed non ē ve
 rū h̄m criso. Dīuersitas aut̄ illa que apparet inter euangelistas
 tpe tollit. primo quidē h̄m criso. qm̄ centurio iste psonalit̄ acce
 dere noluit ad dñm. sed iudei quasi blandientes illi dixerūt. qꝫ
 non expediebat vt ipse laboraret in hoc qm̄ ipsi irent et chrisū
 adducerent. et ideo mat. cōsiderata voluntate centu. dixit qꝫ ac
 cessit ad dñm. Secūdo vt dicit aug. qm̄ ea que aliquis p alios
 facit ipse facere dicit̄ ex quo seniores iudeoz noīe centuri. acce
 serunt ad dñm. ideo ipse centu. dicit̄ accessisse. Tercio vt innu
 it idē aug. mat. voluit cōmendare centu. fidē qꝫ em̄ fide acce
 dit ad dñm magis accessit centu. ad chrisū qui magis credidit qꝫ se
 niores qui missi fuerāt ¶ Sequit̄ centu. petitio: rogans eū et
 dicens: id ē mittens rogando et dicendo: dñe: qui omniū dñia
 ris: puer meus: ecce seruilis additio: iacet in domo: nō quidē in
 hospitali vel cetera. sic faciūt mali dñi qui seruos eiciūt cū ce
 rint infirmari: palitū: ecce genus infirmitatē. Est aut̄ para
 lisis tremor ⁊ dissolutio membroꝝ: et male torquet̄: ecce dolo
 ris afflicto. Attende caritatē et bonitatē centu. qui tñ instant̄ ro
 gabat p seruo ac si esset pprius eius filius. et vt dicit raba. oia
 ista cū dolore enumerauit scz̄ iacentē. palitū. et male detentū.
 ideo vt sue aīe angustias demonstraret. et dñm cōmoueret. sic
 dñt om̄es dolere seruis et eoz curā habere. Attende etiā qꝫ so
 lam infirmitatē exposuerit. Sciebat em̄ vt dicit criso. qꝫ chrisus
 potens ē ad faciendū. sapiens ad intelligendū. et misericors ad
 exaudiendū. ideo infirmitatem tm̄ exposuit. remediū aut̄ sa
 nitatis in potestate misericordie eius dimisit. Tercio ponit̄ gra
 tiosa chrisi responsio: et ait illi ihesus: scilicet centurioni loque
 batur chrisus. cum tamen esset absens. Loquebatur enim cor
 di ipsius absentis efficacius. quam auribus seniorum presentis
 um: Ego veniam: Personaliter. Non mittam Petrum

Sermo

vel andream aut quemcumq; apostolorum: et curabo eum: misericorditer. Nota hinc crisostomus quod dominus nunquam desuavit facere quod voluit facere hic. in aliis enim omnibus voluntate sequitur prestolantium. hic autem profiliit et non solum curare promittit sed et ire ad domum. et hoc quidem propter duo. Primo ne despectam videretur habere additionem servilem. nam et ipse pro nobis cum esset dominus servus factus est. Item fides. humilitas. caritas. et prudentia centurionis hoc merebat ut etiam christus domum ipsius ingrederetur.

¶ Quarto ponitur deuota centurionis responsio que fuit humilis fidelis et prudens. unde primo tangit humilitatem: et respondens centurio ait: non respondit centurio pro seipsum christo. quia ut dicit lucas. non reputabat se dignum loqui christo. sed ut ibidem dicitur. audiens ipse quod christus ad domum accederet suam. misit ad eum amicos dicens verba sequentia: Domine. cui omnimoda est reuerentia exhibenda: non sum dignus ut intres sub tectum meum. Ecce quanta reuerentia. ecce qualis humilitas. Nota quod indignum se reputabat presentia christi forte propter conscientiam gentilis vite. vel quia in domo habebat seu habuerat idola. aut certe assidens maiestate diuinitatis christi. nullam existimauit creaturam dignam suscipere ipsum. Item subditur quod fidelis venit ista responsio: sed tamen dicit verbo: illo quod de nihilo cuncta produxit inesse: et sanabit puer meus: ecce quanta fides. sciebat enim centurio ut dicit crisostomus. quod angeli inuisibiliter christo assistunt qui ad imperium verbi eius virtutes et miracula operantur. Et iste est ordo angelorum qui virtutes appellant ut dicit bernardus. de consideratione. si autem angeli cessarent tamen ut subdit crisostomus. infirmitates preceptis eius vniuersis expellerent. Nota quod istud verbum centurionis. Domine non sum dignus. tante fuit humilitatis et fidei atque efficacite quod hinc augustinus. dum dixit se indignum. dignum se prestavit. ut non tamen in ipsius hospitium. sed ut etiam in cor ipsius ihesus intraret. et quia ad recipiendum corpus christi. in sacro non eucharistie nullus est dignus. ideo hinc origenes. fideles cum accedunt ad mensam christi verbis centurionis accedere debent dicentes Domine non sum dignus etc. ut istorum verborum virtute digni efficiantur. Idem additur quod prudens fuerit centurionis responsio. fide enim suam quam expressit dicens: tamen dicit verbo: prudenti argumentatione affirmat dicens nam et ego homo sum sub potestate alterius: tribuni vel imperatoris: assistit: et tamen: huius sub me milites: ita quod aliis subiectior et alii mihi subiectiuntur non obstante autem quod alius subiectior tamen cum: dico huic: mihi subiecto: vade et vadit. et alio veni et venit. et seruo meo. fac hoc et facit. Tunc supplendum est secundum

glo. ita et tu dñe potes sine corpis presentia dicere infirmitati
 vt vadat & recedat. & dicere sanitati vt veniat & veiet vel etiã
 seruiens tibi angelis potes dicere. vt hec faciant miracula. &
 facient. Nota q̄ ista argumentatio duobz modis formari p̄t
 Vno mō vt arguamus per locum a minori. Si ergo sub p̄tate
 cōstitutus nihilomin⁹ habeo p̄tatem iubendi. quid tu potes cui
 seruiunt oim potestates. Scdo induit Cris. vt sit argum̄tatio
 a sili. quasi diceret. Et si ego sum sub p̄tate alterius. habeo tñ
 potestatem iubendi alijs. qui sub me sunt. sic et tu q̄uis sis sub
 potestate p̄ris scz in q̄tum hō. habes tñ p̄tatem iubendi angel⁹
 ¶ Quinto ponit Centurionis fidei cōmendatio. quaz xp̄us
 dupliciter cōmendat. primo ex admiratione. vñ sequit: audi-
 diens aut̄ ih̄us tantaz fidem centurionis miratus est: Attende
 inquit origene. q̄tum sit aut quale qd̄ deus vni⁹genitus admi-
 ratur. auz. diuicie. regna. principatus. in aspectu eius sūt tan
 q̄ umbra nihil horz in conspectu dei mirabile est aut p̄dosum
 sed tñ fidem admirat. honorificat. et acceptat. Sed querit quō
 xp̄us admirari potuerit. surgit enim admiratio ex app̄hensio-
 ne noui effectus. cuius causa ignoratur. sed constat q̄ cognitio
 istius fidei nō erat noua in xp̄o. ab eterno em̄ hanc presciuerat
 Item nec causa istius fidei latebat xp̄m. quia vt dicit Aug. con-
 tra manicheos li. 1. ca. 3. Tercio ipse xp̄us qui fidem centurionis
 admirabat eam in illo fecerat. et dicend q̄ pro tanto dicit ad-
 miratus. qz fides ipsa admiranda erat. vnde ad modū ad mirā-
 tis se habuit vt nos instrueret q̄ hanc fidem admiremur. Item
 scdo fides ei⁹ admirabat̄ compatione ad alios vñd̄ subditur &
 sequentibz se turbis dixit: Amen dico vobis non inueni tantā
 fidem in isrl: ecce quanta laus fidei que sic omnibz antefertur.
 R Sed querit vtz fides istius maior fuerit fide p̄iarchanz
 p̄phetarum. aut fides ap̄loz. aut postremo fide virginis. Et di-
 cendum q̄ non. qz illi fuerunt nostre fidei p̄ncipiū. cū vero di-
 cit xp̄us. Non inueni tantam fidem in isrl: tripliciter p̄t̄ intelli-
 gi. Primo h̄m diero. vt xp̄us loquat̄ de presentibz. non de re-
 tro p̄iarchis & p̄phetis. nec tñ de omnibz presentibz. sed exclu-
 dunt̄ illi quibz loquebatur scz apli. Vel h̄m Cris. hoc est intel-
 ligendū q̄tum ad originem credendi. qz alijs pluribus signis &
 miraculis visis crediderunt. iste vero nullo viso. sed auditu tñ
 Vel tercio h̄m eundē Cris. Rusticuz aliquñ sapienter aliqd̄ p̄se-
 rentem vel puerum magis admiramur & laudamus. q̄ si phus
 illud diceret. ita qz non erat equale iudeuz credere et gentilem
 etiã modica fides gentilis magis laudat. qz fides tota iudeoz

Sermo

Deinde quod fides tanta erat in hoc centurione. Christus ex hoc futuram fidem gentiliū predicat: dico autē vobis quod multi: non omnes. quod non omnes credunt euangelio: ab oriente et occidente: et ex omni parte mundi: venient: sed ad fidem et unitatem ecclesie. Deinde tangit fidei premiū: et recubent: id est requiescent et epulabunt: cum abrahā Isaac et Jacob: quorum imitati sunt fidem in regno celorum ubi lux erit. exultatio gloria et longevitas vite eterne. **L** Nota quod premiū fidelium hic tripliciter commendat. Primo a spiritualium epulacione quod dicit recubent. epule autē ille non carnales sed spirituales sunt quod nec oculus vidit. nec auris audivit. nec in corde hominis ascendit. Secundo commendat a doctorum dignitate: quod cum abrahā Isaac et Jacob. Tercio commendat visione dei. quod in regno celorum. celorum enim regnū est dei visio. Deinde iudeorum infidelium predicat triplicem penam. Prima est carentia divine visionis. unde dicit: filii autē regni. et secundum Hieronymum. iudei in quibus deus antequam regnabat: eiciuntur in tenebras exteriores: Ecce quod fideles gaudebunt lumine visionis divine. sed iudei eiciuntur in tenebras. Nota quod tenebre quedam sunt interiores. et hec sunt ignorantia fidei. quedam vero exteriores scilicet pene infernales. illa enim est terra tenebrosa et opta mortis caligine terra miserie et tenebrarum. ubi umbra mortis et nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. Sed autē iudei in exteriores istas tenebras eiciti sunt. quod non repulerunt a se interiores tenebras. Secunda est pena sensus ibi erit fletus. secundum quod dicit Hieronymus. lacrimabunt oculi ex vehementi ardore et fumo ignis inferni. Tercia pena est remorsus conscientie: et stridor dentium: cum enim conscientia propria. quasi verbis stimulat et pungit damnatos. ex indignatione decucunt et dentibus strident. **Ps.** Peccator videt se propriam conscientiam et irascitur dentibus suis fremet et tabescet: desiderium peccatorum pibit. Sexto ponit petitionis exauditio: et dixit ihesus centurioni vade: proficundo de virtute in virtutem: et sicut credidisti: solo verbo absque corporali presentia quod possem sanare filium tuum. puerum: fiat tibi: id est fiat tua gratia: et sanatus est puer: proficite: in illa hora: quod Christus protulit. sicut credidisti fiat tibi. Considera quantum valeat unicuique fides propria quando tamen valuit huic puero fides aliena. **L** Ad misericordiam intelligentiam istius duo quos dominus de monte descendens sanavit. duos populos scilicet gentilem et iudaicam significat uterque populus vicinis egrotabat. sed salvator mundi de monte alte divinitatis descendit in vallem nostre miserie. et utrumque curavit populum. gentilem autem primo. quia statim domino in carne venienti quasi leprosus occurrit. Iudaicus vero populus adhuc expeccat. et iacet in domo synagoge paliticius et male torquetur.

sed in fine tempore cum introierit plenitudo gentium. et ipse sanabitur. Moraliter autem uterque istorum peccatores significant. peccatum enim habet maculam et habet penam. macula est sicut leprosi. pena est sicut palitica. macula lepre est abhominabilis. sicut peccatricem animam abhominat deus et beati angeli. ps. Corrupti sunt et abhominabiles facti sunt in iniquitatibus. Exemplum de heremita sepeliente quadriduanum mortuorum mandato angeli sibi assistentis. heremita autem ille fortiter obdurabat nares propter fetorem cadaveris. sed non angelus. et ecce iuuenis quidam pulcherrimus et iocundus, vestimentis ornatus inde habuit transitum et tunc angelus fortiter obduravit nares donec ille iuuenis longius recessisset. Interrogavit autem heremita angelum cur non obduraret nares a fetore cadaveris. obdurasset autem transseunte illo iuvene. quia ego inquit angelus fetorem corporalem hunc non sentio: sed anima illius iuuenis sic abhominabilis est et fetida. quod fetorem eius sustinere non potui etc. Item macula lepre contagiosa est et commorari leprosis periculum est. ita peccatores contagiosi sunt et periculum est cum eis conuersari. ne forte inducant alios ad peccatum. propter hoc dicit Proverbia. 1. fili mi ne ambules cum peccatoribus. prohibe pedem tuum a semitis eorum. pedes enim illorum ad malum currunt. Pena autem peccati per servum ceturionis quadruplura describitur. d. enim de illo puero qui erat servus: qui iacebat. qui erat paliticus. et qui male torquebatur. iste pene sunt penitus ad malum que in servitute signantur. qui enim facit peccatum. servus est peccati. Jo. 8. peccatum autem cum dominatur homini. facit eum pronum ad peccandum: ut de uno peccato ad alterum tendat sicut hinc. Peccatum autem ulterius ad aliam deducit servitutem scilicet diaboli. Jere. 2. servite te faciat inimicus tuis. et demonibus. Secunda pena est in potentia ad bonum operandum. que signatur per iacentem. iacentes enim nihil operari possunt. iacet autem peccator. quia nullum potest operari bonum meritorium videamus lectum peccatoris aliqui iacet in igne iracundie. aliquando in sterquilino luxurie. aliqui in spinis avaricie. ecce qualem sibi fabricant peccatores lectum. h. surgendum est. quia hora est iam nos de somno surgere. Tercia pena est timor qui per palitum signatur in dissolutione et tremore ipsius. ecce in quanto tremore est peccator si dicit sibi ut elemosinam largiatur. aut male ablata restituat. timet ne sibi deficiat si sibi dicitur ut ieiunet et vigilet. timet ne esuriat si dicit sibi quod ad penam veniat. timet de verecundia et satisfactione ecce quomodo paliticus iste tremit. unde ps. trepidavit timore ubi non erat timor. Quarta pena est afflictio spiritus. omnis enim peccator in seipso male torqueatur anxius quomodo honores seculi divitias mundi

Sermo

delectamenta corporis acquirat. Et ecce ex altera pte conscientia
pungit. fallaciam mōdi. vite breuitatem. imunditiam vicioꝝ. et
penas infernales formidat. quid inter ista nisi pctoz homo ma-
le torquet. flagellatur interius ⁊ affligitur. Vere em̄ dicit Aug.
in illi dñe ⁊ ita est vt oīs inordinat⁹ animus sibi ipsi sit pena ⁊
Dñica quarta post ephie Sermo xxiii

Scendente ihesu in nauiculam. secuti sunt eū discipuli
eius Mat. 8. hoc idē legit Mar. 4. ⁊ Luc. 8. s̄m qd
dicit Remi. tria legitur dñs refugia habuisse scz na-
uim. montē ⁊ desertū. ad que accēdebat q̄tiens con-
primebat a turbis. volens vt hō eoz in oportunitate vitaret
Vnde s̄m Mat. 8. videns ipse multas turbas circa se. iussit ire
transfretū. ⁊ ascendente illo in nauiculaz secuti sunt eū discipuli
eius. vbi magnū habuerūt timorez ppter maris comotionez. In
hoc igit euangelio tria tangunt. primū est maris piculosa com-
motio. Secdo discipuloꝝ affectuosa depectio. ibi. Et accesserūt
Tercio xpi vtuosa opatio ibi. tunc surgens. Circa primuz tria
tangunt. p̄o ascensus in nauiculaz: ascendente ihu in nauiculā
Dri. cū multa inquit magna ⁊ mirabilia fuisset opatus in terra
transit ad mare vt ibidē excellentiora opa demonstraret. q̄ten⁹
se dñm terre et maris cōderet: secuti sunt eū discipuli eius. alio
quin nō essent discipuli. si secuti nō fuissent. secuti sunt autē euz
ppter duo. p̄o quia traherant suauitate sermonis eius. admira-
tione opm. ⁊ benigna conuersatione eius. ita vt eū relinquē nō
possent. Secdo iuxta Cri. ut in seipis exp̄rent virtutē mirabiliū
opm eius q̄ in alijs videbant fieri. ⁊ Secdo ponit maris
pturbatio: et ecce: q̄si subito ⁊ ex impuiso cū prius esset tranq̄l-
litas: motus magnus: ventoꝝ ⁊ vndaz: factus est in mari cō-
mouebat mare vndis ⁊ vento: ita ut nauicula opiret fluctibus
el euabant fluctus maris magna altitudine supra nauiculaz ita
vt videret esse in pfundo. ⁊ subito descendebat. ⁊ sic exagitata
fluctib. replebat hec sūt maris picula vbi nec castra nec port⁹
nec hoim potest h̄ri adiutorium q̄ nemo scit nisi qui exptus est
Vñ Eccl. 43. Qui nauigant mare narrent picula eius. Nota qd
illa maris cōmotio non fortuitu. sed xpo operante facta est. qui
produat ventos de thesauris suis. s̄m qd dicit Dri. Et hoc ideo
quatenus discipuli timerent. timentes xpm inuocarent. inuoca-
tes liberarent. liberati mirarent. admirantes in eum crederent.
Tercio ponitur xpi dormitio: ipse vō dormiebat: sup cervicali
p̄t dicit Mar. non quid de pluma sed s̄m Theoph. sup cervicali